



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Innocentio XI. Ad Innocentium XII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

3. Motu proprio &c. Privilegia, exemptiones & indulta concessa Dapiferis,
qui in Conclavi suæ assumptionis S.R.E, Cardinalibus inservierunt.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74849](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74849)

Privilegia, exemptiones & indulta concessa Dapiferis, qui in Conclavi suae assumptionis S. R. E. Cardinalibus interfuerunt.

ALEXANDER PAPA VIII.

Urbis.

Causa in-
dulti.

Dapiferi
constitu-
untur fa-
miliares
Papae, No-
tarii Apo-
stolici, Co-
mites Pala-
tini, No-
biles ac Ci-
ves Urbis
ipsis bene-
ficiæ.

§. I. **M**otu proprio &c. Nos volentes Dilectos Filios Nostros, dum Cardinalatus honore fungebamur, & Venerabilium Fratrum Nostorum S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Dapiferos, qui Conclavi, in quo Divinâ favente clementiâ ad Summi Apostolatus apicem assumpti fuimus, interfuerunt, quique eâ de causâ labores, vigilas & incommoda plura subierunt, habitâ ratione obsequiorum hujusmodi, favoribus, gratiis, & privilegiis pro cuiuscunque meritis exornare, ac eisdem Dapiferos, & eorum singulos motu proprio, non ad ipsorum Dapiferorum, vel alterius pro ipsis super hoc oblata petitionis instantiam, sed de merâ liberalitate, certâque scientiâ Nostri, deque Apostolicæ potestatis plenitudine in veros, indubitatos, & non fictos familiares & continuos commensales Nostros, & eos qui ex illis Clerici existunt, seu Militiæ Clericali adscribi desiderant, quatenus tres ex præfatis Cardinalibus in quolibet Ordine antiquiores gradu, nobilitate, & aliis meritis dignos tali dignitate judicaverint, in Nostros, & Apostolicæ Sedis Notarios, sine tamen præjudicio Dilectorum Filiorum Notariorum, de numero participantium, tenore præsentium recipimus, & tam illos, quam alios Dapiferos singulos, qui sigillatim ab eisdem tribus Cardinalibus digni tali honore approbati fuerint, S. Palatii & Aulæ Lateranen. Comites, & Milites, ac tam illos, quam alios omnes quoscunque Dapiferos indistincte, qui Nobiles non sunt, Nobiles, quique Urbis, vel alicujus alterius ex Civitatibus, temporali dominio dictæ Romanæ Ecclesiæ mediatè, vel immediatè subjectis Civibus esse voverint, singulos in eâ ipsâ Civitate, quam sigillatim quisque eorum elegerit, & ad quam ab eisdem Cardinalibus se admitti petierit, veros Civis ad instar, & nullâ prorsus differentiâ inter eos, & singulos alios veros, originarios, & antiquissimos, & Nobiles participantis Civis ipsius Urbis, vel Civitatis; ita ut ipsam Jus Civitatis ad quoscunque eorum heredes eodem modo transeat, creamus, constituimus, & deputamus, ac Nobilitatis, & Civitatis titulo, & honore, & insigniis decoramus, aliorumque familiarium, continuorum commensalium Nobis actû in Palatio Nostro Apostolico, servientium, & in illius Tinello comedentium, & bibentium, Nostrorum, & Sedis Apostolicæ Notariorum, Palatiique, & Aulæ præfate Comitum, Militum, & Nobilium, & Civium hujusmodi originariorum numero, & confortio favorabiliter aggregamus, & pro veris, indubitatis, & non fictis familiaribus, continuis commensalibus, ac Notariis Nostri, Comitibusque, Militibus, Nobilibus, ac Civibus deinceps haberi, & reputari volumus, & mandamus, eisque in quibuscunque impetrationibus, ac concessionibus, & literis, tam gratiam, quam justitiam separatim, seu utramque mixtim concernent, se familiares continuos, commensales Nostros, & Comites, Milites, Nobiles, ac Civis originarios nominari, nec propterea impetrationes, concessionis, & Litteræ ipsæ subreptionis vitio subiaceant, sed validæ, & efficaces existant, ac ex nunc deinceps, & in perpetuum

omnibus, & quibuscunque, prorsus similibus antelationibus, antelationum prærogativis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, Decretis, declarationibus, derogationibus, mandatis, suspensionibus, favoribus, gratiis, privilegiis, indultis, ac juribus, alii nostri familiares tempore dictæ assumptionis Nostre ad Summi Apostolatus apicem, ac quibus alii ejusdem Sedis Notarii, etiam de numero participantes existentes, etiamli habitum, & Rocchettum Notariorum ipsius Sedis non deferant, Palatiique, & Aulæ prædictæ Comites, & Milites, ac Nobiles, originarii, & antiquissimi, Civis ejusdem Urbis, vel Civitatis, quam ut præfertur, elegerint quicunque ex utroque Parente verè Nobili, ac Cive originario antiquissimo procreati de jure, Statuto, consuetudine, vel aliâ ex aliquo speciali privilegio, seu aliâ, etiam per quascunque Litteras, seu Constitutiones Apostolicas pro tempore editas, utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, ubique locorum in judicio, & extrâ, sine tamen eorumdem Notariorum de numero participantium præjudicio uti, frui, potiri, & gaudere liberè, & licitè valeant realiter, & integrè in omnibus & per omnia, etiamli in Urbe, & Civitate hujusmodi non habitaverint perinde, ac si de vero nobili genere ex utroque Parente originario, & antiquissimo Cive procreati forent, & hujusmodi prærogativæ, privilegia, exemptiones, gratiæ, favores, concessionis, indulta, & jura, quæ pro aliis Nobilibus & Civibus originariis emanarunt, & quæ ratione Nobilitatis, & Civitatis naturalis, & originariæ aliis competunt, pro eisdem Dapiferis in specie emanassent, seu emanarent, & eis naturaliter, de jure, statuto, consuetudine, fundatione, vel aliâ competere, vigore præsentium indulgemus.

§. 2. Ac singulos Dapiferos præfatos à solutione, & exactione decimarum Ecclesiasticarum, ubique locorum, & ex quacunque quantumvis urgentissima, & inexcogitabili causâ, & occasione, etiam ad instantiam Imperatoris, Regum, Rerumpublicarum, etiam Venetorum, & quorumcunque aliorum Principum impositarum, & pro tempore imponendarum; non tamen decimarum per felices recordationis Innocentium Papam XI. Prædecessorem Nostrum impositarum Quarto Kalendas Octobris Pontificatus sui anno septimo, & per eundem extensarum seu indictarum ad aliud triennium per Litteras in formâ Brevis sub die vigesimâ quintâ Novembris anno millesimo sexcentesimo octuagesimo octavo, Pontificatus sui anno tertiodécimo, nec non aliarum decimarum, subsidiorum & onerum impositorum in subsidium expeditionis contra Turcas, & Orthodoxæ Fidei hostes liberamus, & eximimus, liberosque, & exemptos fore, & esse decernimus.

§. 3. Nec non ipsis Dapiferis eorumque singulis quoscunque fructus, & proventus Ecclesiasticos tam occasione pensionum annuarum ipsis, vel eorum alicui reservatarum, quam ratione omissionis recitationis horarum Canoniarum indebitè perceptos, cuiuscunque quantitatibus fuerint, gratiosè remittimus, & condonamus.

§. 4. Ac cum eis super inhabilitate per eos propterea quomodolibet contractâ, vel etiam ex eo, quod censuris hujusmodi ligati Missas, & alia Divina Officia, non tamen in contemptum Clavium celebraverint seu aliâ in Divinis se immiscuerint, ut illâ & eisdem præmissis non obstantibus ad omnes etiam sacros, & Presbyteratus Ordines, aliâ tamen ritè promoveri, & in illis etiam susceptis aliâ ritè per eos Ordinibus etiam in Altaris Ministerio

Eximuntur à solvendis decimis Ecclesiasticis non tamen à jam impositis ab Innocentio XI.

Condonantur fructus Ecclesiastici male percepti.

Absolvuntur à censuris propterea & subsequenter celebratorem contractis.

Illegitimi
restituuntur
natalibus, etiam
ad effectum suc-
cessionis ad digni-
tates, hono-
res & offi-
cia.

Cum ef-
dem di-
spensatur
ad Ordi-
nes & Be-
neficia.

Eorundem
provisio-
nes ubiq;
gratis ex-
pediendæ.

Indultum
transfe-
rendi pen-
siones an-
nuas usque
ad centum
Ducatos.

ministrare etiam liberè, & licitè valeant, dispen-
samus.

§. 5. Ac eisdem Dapiferos, si qui eorum defectum
natalium patiuntur ex quocunque damnato, & illi-
cito coitu, etiam ex Nobilissimis parentibus, ac
vilibus fœminis forsan procreati sint, etiam si legiti-
mati aliàs existant, legitimamus, omnemque ab il-
lis genituræ huiusmodi maculam, si vè notam ab-
stergimus, & abolemus, ac legitimis natalibus re-
stituimus, ac cum eorum singulis, ut in quibus-
cunque bonis paternis, & maternis, & aliorum
consanguineorum, seu cognatorum, vel aliorum
quoruncunque, non tamen feudalibus, & emphy-
teuticis, aut Ecclesiasticis, vel ab Ecclesiâ acqui-
sitis, ac sine præiudicio venientium ab intestato, vel
ex fidelicommisso, seu aliàs de iure validâ dispositio-
ne, succedere, & illa donationis, seu alio quovis ti-
tulo consequi & habere, ac ad æquales portiones
cum legitimis succedere, eos ad omnia iura legitima,
& successiones ex Testamento vel ab intestato hæ-
reditates, legata, libertates restituendo, & rein-
tegrando realiter, & cum effectu, nec non ad digni-
tates, honores, & quæcunque alia officia secularia
publica, vel privata, etiam assumi, illaque gerere,
& exercere in omnibus, & per omnia perinde ac si
de legitimo matrimonio procreati forent.

§. 6. Ac eodem defectu non obstante, si aliud Ca-
nonicum eis non obstat impedimentum, ac Cleri-
cali charactere, qui illo nondum insigniti sunt, in-
signiri, & ad omnes etiam sacros, & Presbyteratus
Ordines, si ad illos nondum promoti sunt, pro-
moveri, & postmodum charactere, & Ordinibus
huiusmodi, illorumque privilegiis uti, ac in eisdem
Ordinibus, etiam in Altaris ministrare, ac quæcun-
que, & quæcunque cum curâ, & sine curâ Bene-
ficia Ecclesiastica, etiam si personatus, administratio-
nes, & officia etiam curata, & electiva in Cathedra-
libus, & Metropolitanis, vel Collegiatis Ecclesiis:
seu si Parochiales Ecclesiæ, vel earum perpetuæ Vi-
carias, ac Canonicatus, & Præbendæ, non tamen in
Cathedralibus post Pontificalem majores, nec prin-
cipales in Collegiatis Ecclesiis huiusmodi fuerint, sibi
alias Canonicæ conferantur, aut ipsi eligantur, præ-
sententur, vel alias assumantur ad illa, & institu-
antur in illis, recipere, & dummodò plura simul non
sint, quam quæ à Concilio Tridentino permittuntur,
quoad vixerint retinere liberè & licitè valeant, simili-
ter dispensamus.

§. 7. Quodque omnes, & quæcunque gratiæ,
provisiones, commendæ, ac præsentis, & quævis
aliæ Litteræ Apostolicæ, ac etiam in formâ Brevis
pro illis expediendæ gratis ubique expediantur, tam
de capiendâ possessione nomine Cameræ Apostolicæ,
quàm in favorem Litterarum Apostolicarum: ubi
illis super provisionibus quoruncunque Beneficio-
rum Ecclesiasticorum dari poterunt, prout Nostri
familiaribus, & continuis commensalibus etiam gra-
tis dantur, & conceduntur, ac dari, & concedi de-
bent, præcipimus, & mandamus.

§. 8. Ac Dapiferis præfatis, & eorum singulis,
ut quicunque loci Ordinarii, vel Canonici Metro-
politarum, aut aliarum insignium Ecclesiarum,
aut personæ quæcunque Ecclesiasticæ, in dignita-
tè Ecclesiasticâ constitutæ, tam in Romanâ Curia,
quàm extrâ eam, ad id pereos, & eorum singulos
eligendi, seu eligendæ quæcunque pensiones annuas
eis, eorumque singulis super fructibus, redditibus,
proventus, juribus, obventionibus, & emolu-
mentis universis, certis, & incertis, ac distribu-
tionibus quotidianis quoruncunque mensarum Ep-
iscopali, Archiepiscopali, & Abbatiali, ac Dignitatum,
& Canonicatum & Præbendarum, cæterorumque Beneficiorum Ecclesiasticorum,
non tamen per S. R. E. Cardinales obtento-
rum, & in posterum obtinendorum cum curâ,
& sine curâ, secularium, aut quorumvis Ordinum
regularium, seu fructus, redditus, & proventus,
aliaque emolumenta, & distributiones huiusmodi
reservatas, seu reservatos, ac reservandas, seu refer-

vandos, etiam si aliàs semel, vel pluries translatae,
seu translata fuerint usque ad summam centum ducatorum
in toto vel in parte, ac etiam in mortis
articulo cassare, & extinguere, ac postquam cassa-
tæ, & extinctæ fuerint, alias similes pensiones an-
nuas, seu fructus, redditus, & proventus, & alia
emolumenta, & distributiones huiusmodi usque
ad summam prædictam, uni, vel pluribus aliis per-
sonis Ecclesiasticis per eisdem Dapiferos, & eorum
singulos nominandis, quocunque, quæcunque, &
quæcunque Beneficia Ecclesiastica obtinentibus,
& expectantibus, aliàs tamen pensionum huiusmo-
di capacibus, similiter eis, quoad vixerint, vel eo-
rum Procuratoribus legitimis eisdem modo, &
formâ, quibus eisdem Dapiferis reservatae, seu re-
servati erant, etiam absque Beneficiis huiusmodi ob-
tinentium consensu integrè persolvendas, seu persol-
vendas, & per eos percipiendas, exigendas, le-
vandas, ac percipiendos, exigendos, levandos,
reservare, constituere, & assignare valeant, ipsi-
que Translatarii in possessionem dictas pensiones
exigendi, in quâ ipsi Dapiferi tempore translatio-
nis per eos vigore præsentium faciendæ, existebant,
in omnibus, & per omnia subrogati esse censentur,
etiam concedimus, & indulgemus, etiam si simi-
lem gratiam à Prædecessoribus Nostri aliàs forsan
obtinuerint, seu quilibet eorum obtinuerit, illius
effectu cumulativè eos gaudere, & potiri volumus.
Decernentes ipsas translationes, & novas reserva-
tiones, Constitutiones, & assignationes pen-
sionum, seu fructuum, reddituum, & proventuum,
aliorumque huiusmodi plenam roboris firmitatem
obtinere, ipsosque Beneficia, super quorum fructi-
bus, redditibus, & proventus reservatae fuerint,
obtinentes ad illas persolvendas efficaciter obliga-
tos fore.

§. 9. Ac eisdem Dapiferis, ut ratione quarum-
cunque pensionum eis, & eorum cuilibet, super
quibuscunque Beneficiis Ecclesiasticis, ut præfertur,
vel aliàs quomodolibet qualificatis, non tamen ul-
trâ summam ducentorum ducatorum auri de Cam-
erâ pro quolibet, nunc, & pro tempore reserva-
tarum, ac reservandarum, habitum, & tonsuram
Clericales gestare, & in illis dummodo ipsi habi-
tum decentem, & honestum deferant, incedere mi-
nimè debeant; nec ad id à quoquam cogi, seu
compelli, minùsque aliquas sententias, aut cen-
suras, etiam privationis, seu cessationis ipsarum
pensionum ad prædictam summam ducentorum ducatorum
ascendentes, & reservatas, ut præfertur,
etiam si matrimonium contraxerint cum unicâ tan-
tum & virgine, recipere, & retinere.

§. 10. Postremo quòd bona quæcunque ad
dictos Dapiferos, & eorum quemlibet spectantia,
& per eos etiam ratione quoruncunque Beneficio-
rum Ecclesiasticorum, etiam Canonicatum, &
Præbendarum, ac Dignitatum quoruncunque per
eos aliàs obtentorum & obtinendorum, aut aliàs
quomodolibet, & quovis quæstio colore, vel in-
genio, seu eorum industria, legitimè tamen, &
licitè acquisita, & acquirenda, etiam in Urbe, ejus-
que districtu, ac ubicunque existentia spoliis mini-
mè subiaceant.

§. 11. Sed ipsi Dapiferi, etiam si Religioni
alicujus Militiæ, non tamen S. Joannis Hie-
rosolymitani adscripti fuerint, de illis in favo-
rem quoruncunque personarum, de jure tamen
capacium, etiam si Civiles esse deserint, &
in quocunque loco, quantumvis remoto, eos
decedere contigerit, testari, & aliàs dispo-
nere, eisque ab intestato decedentibus eorum
hæredes, quicumque succedere liberè, & licitè
valeant, simili modo concedimus, & indul-
gemus.

§. 12. Præcipientes, & mandantes Dilectis Fi-
liis nunc, & pro tempore existentibus S. R. E. Ca-
merario, Thesaurario, Præfidentibus, Clericis Came-
ræ Nostre Apostolicæ, & quibuscunque aliis spo-
liorum huiusmodi Collectoribus, ac Militiarum

Hoc in-
dultum
cumulati-
vè cum
aliis Bene-
ficiis intel-
ligendum.

Indultum
retinendi
pensiones
pro ducatis
ducentis,
absque
delatione
habitus
Clericalis
& in statu
conjugali.

Exemptio
à spoliis.

Facultas
testandi,
etiam pro
adscriptis
Ordinibus
Religionis
militaris.

Inhibetur
ad hunc
effectum
Officiali-
bus Came-
ræ Aposto-
licæ.

præ-

præfatarum Officialibus, aut Procuratoribus, ne in huiusmodi bonis manus apponant, neque hæredes dictorum Dapiferorum de seipso molestare audeant, seu præsumant; ac etiam decernentes donationes, etiam per viam Testamenti, & Codicillorum per ipsos Dapiferos super eorum bonis huiusmodi, servatis de jure servandis, faciendas semper & perpetuo validas, & efficaces fore, nec eosdem Dapiferos, eorumque aliquem ad Litteras super præsentibus conficiendas in dictâ Camerâ insinuandum, aut admitti, & registrari petendum teneri, nec illas, etiam si intra tempus legitimum insinuatæ, admittæ, seu registratæ non fuerint, propterea minus validas censi, sed suos plenarios effectus fortiri debere, easdemque præsentibus, & in eis contenta quæcunque sub quibusvis revocationibus, limitationibus, suspensionibus, modificationibus, Decretis, Constitutionibus Apostolicis, similium gratiarum revocatoris, vel quæ eas limitarent, aut moderarent, quæ à Nobis, & dictâ Sede pro tempore, & de quibusvis causis, etiam urgentissimis, etiam in Divini cultus augmentum, etiam consistorialiter, vel aliâ quâvis auctoritate hætenus vel imposterum emanaverint, minime comprehendere, sed quoties illæ emanabunt, toties in pristinum statum repositas, & reintegratas esse, & censi.

§. 13. Sicque per quoscunque Judices etiam Commisarios quâvis auctoritate fungentes in quâvis causâ, & instantiâ, sublata eis, & eorum cuilibet quâvis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique iudicari, & definiri debere, irritum quoque & inane, si secus super his à quoquam quâvis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, & insuper Dilectis Filiis Rescribendario, & Computatori Collegii Scriptorum Litterarum Apostolicarum, & aliis ad quos eorumdem Litterarum expeditio spectat, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœnâ indignationis Nostræ, motu, scientiâ & potestatis plenitudine similibus mandamus, ut easdem præsentibus, & forsan aliâs Litteras super præmissis omnibus, tam conjunctim, quàm divisim, ac pro singulis quibuscunque derogationibus, Decretis, & clausulis in eis contentis, gratis de mandato Nostro ubique in omnibus Officiis, etiam Abbreviatorum, Sollicitatorum, Secretariorum, seu aliorum suppressorum loco Ministrorum Cameræ Apostolicæ Plumbi, & Registri absque aliquâ pecuniarum exactione, etiam per viam compositionis faciant, omni contradictione, & dilatione cessantibus, signent, expédiant, & expédiri faciant.

§. 14. Non obstantibus eisdem præmissis, ac de certo Notariorum numero, etiam si ad illum non sit devenire, quibus aliâs per præsentibus non intendimus derogare, ac Regulâ Nostrâ de præstando consensu in pensionibus, ac felicitis recordationis Pii Papæ IV. Prædecessoris Nostri, de similibus, vel dissimilibus gratis in Camerâ Apostolicâ infra tres menses præsentandis, ac registrandis, ac recolendæ memoriæ Pii Papæ V. etiam Prædecessoris Nostri contra illegitimos, ac Pictaviens. Concilii, & aliis Apostolicis, ac etiam in Universalibus, Provincialibusque Conciliis editis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus, & Monasteriorum, Ecclesiarum, Ordinum, ac etiam Urbis Romæ, & aliarum Civitatum, Oppidorum, & Terrarum, aut Cameræ prædictæ, ac quarumvis Universalitatum, etiam iuramento, confirmatione, vel quâvis firmitate aliâ roboratis Statutis, stabilimentis, usibus, & naturis, Decretis, ac etiam novis reformationibus, ac etiam Legibus, tam Pontificiis, quàm Imperialibus, Regiis, & Ducalibus, etiam sacris Canonibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis superioribus, ac personis & locis quibuscunque in genere, vel in specie, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis derogationum derogationibus, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & in solitis clausulis, irritantibus, & aliis Decretis, etiam vim contractus, & Statuti perpetui continentibus, etiam motu, scientiâ, & potestatis plenitudine simi-

libus, ac etiam consistorialiter, ac aliâs forsan in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis, inter alia disponen. quod Beneficia Urbis non nisi personis certis, modo & formâ qualificatis, & oriundis ex certis locis, ac trium Ordinum Militiarum expressè professis, conferri & commendari soleant; Quibus omnibus, etiam si aliâs pro eorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda foret, aut aliqua alia exquiritur forma ad hoc servanda foret, eorum tenores, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & formâ in illis traditâ observatâ, inserti forent, præsentibus pro plenè & sufficienter expressis habentes, illis aliâs in suo robore permanens, hæc vice dumtaxat specialiter, & expressè harum serie motu pari derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque, cum clausulis opportunis.

Fiat motu proprio P.

Etcum absolutione à censuris ad effectum, &c. & in casibus Regulæ de infordecentibus cum opportuna illius, nec non alterius Regulæ de non tollendo jure quæsito, aliisque necessariis & opportunis derogationibus, quatenus opus sit, & quod indulgentiarum, concessionum, gratiarum, derogationum, aliorumque præmissorum omnium & singulorum major & verior specificatio, & expositio fieri possit in Litteris, in quibus singulorum Dapiferorum nomina, & cognomina, ordines, qualitates, gradus, Dioeceses, Patriæ, & alia requisita exprimi, & describi, seu pro expressis, & descriptis haberi possint, juxta notulam per ipsos, seu eorum Deputatos confectam simul, vel ad partem, etiam in unâ non factâ mentione de aliâ vel aliis, prout videbitur expedire, & expedien. &c.

§. 15. Volumus autem, quod Litterarum super præsentibus conficiendarum transumptis, etiam impressis, & sigillo & manu alicujus personæ in dignitate Ecclesiasticâ constitutæ munitis, & subscriptis, eadem fides, tam in iudicio, quàm extrâ illud adhibeatur, quæ originalibus Litteris adhibetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Volumus autem, quod sola præsentis motus proprii Nostri signatura sufficiat, & ubique fidem faciat in iudicio, & extrâ illud, Regulâ quâcunque contrariâ non obstante.

Fiat P.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem octavo Id. Decembris anno primo.

Nihil J. de Laurentiis
Reg. Lib. primo Secretorum fol. 90.

Nomina Eminentissimorum D. D. Cardinalium, & Dapiferorum sunt hæc quæ sequuntur.

Petrus Ottobonus nunc Alexander VIII. Venetus.

Episcopi VI.

Alderanus Episcopus Ostien. S. Collegii Decanus Cardinalis Cybo, Januensis.

Flavius Episcopus Albanen. S. R. E. Card. Chifius Bibliothecarius, & Signaturæ Justitiæ Præfectus, Senensis.

Jacobus Episcopus Tusculanus S. R. E. Cardinalis

Franconus, Episcopus Camerinen. Januensis.

Palutius Episcopus Sabinen. S. R. E. Cardinalis de Alteriis ejusdem S. R. E. Camerarius Romanus.

Presbyteri XXXIV.

Carolus tituli S. Laurentii in Lucinâ S. R. E. Presb. Cardinalis Barberinus, Romanus.

Gregorius tituli S. Marci S. R. E. Presb. Card. Barbadius Episcopus Patavinus, Venetus.

Joannes Nicolaus tit. S. Mariæ Transpontinæ S. R. E. Presb.

Transumptorum
fides.

6. Decembris 1689.
P. A. primo.

Card. de Comitibus Episcopus Anconitanus Romanus.
Julius tit. S. Mariæ Transtiberim, S. R. E. Presb.
Card. Spinula Episcopus Lucensis Januensis.
Joannes tit. J. Viti, & Modesti S. R. E. Presbyter
Cardinal. Bulionus Gallus.
Carolus tit. S. Adriani S. R. E. Presb. Card. Cerrus
Episcopus Ferrariensis Romanus.
Gaspard tit. S. Silvestri in Capite S. R. E. Presb. Card.
de Carpineo, Sanctissimi D. N. Vicarius Generalis,
Romanus.
Joseph Tempestinus Romanus, dum Cardinalatus
honore fungebatur.
Joannes Lutius, Tudertinus.
Frater Joannes Georgius de Castellis Eques Hieroso-
lymitanus Interamnen.
Joseph Maradius, Faventinus.
Julius Perla Clericus Romanus.
Prosper Buccapadulus Romanus.
Franciscus Fonseca Romanus.
Eques Henricus Letus Scorus.
Carolus de Philippis, Casanaten.
Abbas Jacobus Maria Cenni de Serralonga.
Leonardus Severdus Romanus.
Joannes Baptista Gottifredus Clericus Conjugatus
Romanus.
Cæsar tit. Sanctissimæ Trinitatis in monte Pincio S.
R. E. Presb. Card. Destraus Gallus.
Petrus tit. S. Honufrii S. R. E. Presb. Card. Bonifius
Archiepiscopus Narbonensis Florentinus.
Frater Vincentius Maria Ursinus Ordinis S. Domini-
ci, tituli S. Sixti S. R. E. Presb. Card. S. Sixti
nuncupatus Archiepiscopus Beneventanus, Neapo-
litanus.
Federicus tit. S. Anastasie S. R. E. Card. Columna
Perusinus Presb.
Franciscus tit. S. Matthæi in Merulana S. R. E.
Presb. Cardinalis Nerlius Florentinus.
Hieronymus tit. SS. Nerei, & Achilei S. R. E. Presb.
Card. Casanate, Neapolitanus.
Galeatius tit. Sanctorum Quirici, & Julite S. R. E.
Presb. Card. Marefcottus, Romanus.
Fabritius tit. S. Chrysogoni S. R. E. Presb. Card.
Spada Romanus.
Frater Philippus Thomas Huvard, Ordinis Prædica-
torum tituli S. Mariæ super Minervam S. R. E.
Presb. Cardinalis de Norfolcia, Anglus.
Joannes Bapt. tit. S. Cecilie S. R. E. Presb. Card. Spi-
nola Januensis.
Antonius tit. S. Pancratii S. R. E. Presb. Card. Pigna-
tellus Archiepiscopus Neapolis, Neapolita-
nus.
Janus tit. S. Mariæ de Populo S. R. E. Presb. Card. Mil-
linus Episcopus Urbevetanus, Romanus.
Federicus tit. S. Alexii S. R. E. Presb. Card. Vicecomes
Archiepiscopus Mediolani, Mediolanensis.
Frater Raymundus tit. S. Mariæ Angelorum S. R. E.
Presb. Card. Capifucchus Ordinis S. Dominici Ro-
manus.
Frater Laurentius Brancatus tit. SS. Duodecim Apo-
stolorum S. R. E. Presb. Card. de Lauræa Ord. S.
Francisci.
Jacobus tit. S. Mariæ in Araceli S. R. E. Presb. Card.
de Angelis, Pisanus.
Opitius S. R. E. P. Card. Pallavicinus Januensis.
Marcus Antonius tit. S. Sufannæ S. R. E. Card. Barba-
dicus, Venetus.
Marchio Nicolaus de Penna Perusinus.
Frater Felix Sfortia Maidalchinus Eques Hierosoly-
mitanus Viterbienfis.
Paulus Petrus Lamparinus de Terra Sancti Gemini
Narnien. Dioc. J. U. D. Colleg. Patr. Caufar. Sac.
Pal. Apost. Clericus Conjugatus.
Flavius Cherubinus de Monte Bodio.
Marcus Antonius Aloysius, Affisienfis.
Abbas Aurelius Gazzinellus, J. Sac. Th. Doctor, Co-
menfis.
Nicolaus Baleanus, Aiesinus.
Eques Bernardinus Castellinus, Forolivienfis.

Ludovicus Oddus Clericus, Romanus.
Stephanus Castaldus Clericus Conjugatus Romanus.
Ferdinandus Patronus Interamnenfis.
Fr. Amerigus Capponus Eques Hierosolymitanus
Romanus.
Franciscus M. Alemanus Clericus, Mediolanensis.
Antonius Gabriellus Clericus Conjugatus Roma-
nus.
Abbas Petrus Antonius Bazzantus, Senensis.
Abbas Thomas Mancinellus Narnienfis.
Hieronymus Pallavicinus Januensis.
Abbas Petrus Palazzius Presb. Brixianus.
Carolus tit. S. Augustini S. R. E. Presb. Card. Cicerus
Episcopus Comi, Comenfis.
Leopoldus S. R. E. Presb. Card. Kollonitz, Ger-
manus.
Petrus Matthæus tit. S. Marcelli S. R. E. Presb. Card.
Petrucius Episcopus Aiesinus.
Guilielmus S. R. E. Presb. Card. de Furftenberg
Germanus.
Joannes Casimirus tit. S. Joannis ante Portam Lati-
nam S. Romanæ Ecclesie Presb. Card. Denhoff
Polonus.
Joseph tituli S. Balbinæ S. R. E. Presb. Card. de Aguir-
re Hispanus.
Leander tituli S. Petri in monte Aureo S. R. E. Presb.
Card. Colloredus Venetus, Sanctissimi D. N. Pæ-
nitentiarius major.
Fortunatus tit. SS. Joannis & Pauli S. R. E. Presb.
Card. Caraffa Neapolitanus Archiepiscopus Averfæ.

Diaconi XI.

Franciscus S. Mariæ in viâ latâ Primus Diaconus S. R.
E. Card. Maidalchinus, Viterbienfis.
Nicolaus Sanctorum Cosmæ, & Damiani S. R. E.
Diaconus Card. Acciaiolus, Florentinus.
Urbanus Sancti Nicolai in carcere Tulliano S. R. E.
Diaconus Card. Sacchetti Episcopus Viterbien-
Florentinus.
Joannes Franciscus Sancti Angeli in Foro Piscium
S. R. E. Diaconus Card. Ginettus Romanus
Archiepiscopus Firmanus.
Benedictus S. Agathæ S. R. E. Diac. Card. Pamphi-
lius, Romanus.
Dominicus Maria S. Eustachii S. R. E. Diac. Cardina-
lis Curfius Florentinus.
Joannes Franciscus S. Cæsarei S. R. E. Diac. Card. Ni-
gronus Episcopus Faventinus, Januensis.
Joseph Buccapadulus Clericus Conjugatus Roma-
nus.
Marchio Fabritius Narus Clericus Conjugatus Ro-
manus.
Franciscus Rutilius Sanfedonius Eques Hierosoly-
mitanus Senensis.
Marchio Nicolaus Taffonus Ferrariensis.
Aurelius Rezzonius Comenfis.
Franciscus Medicina Clericus, Civitatis Tortonæ.
Mutius Sinibaldus Auximanus.
Eques Thesier Gallus.
Christoforus Stavinski Polonus ex Pro. Prussia
Dioc. vero Varmi.
Josephus Ochoa de Aperrigui, y Ameiugo Calagu-
ritanus, & Calceaten. Diocesis.
Comes Gaictanus Tocellus Parmensis.
Frater Laurentius de Castellis Eques Hierosolymita-
nus Interamnen.
Joannes Philippus Razzolus Clericus Conjugatus
Romanus.
Eques Carolus Henricus de S. Martino Pedemonta-
nus.
Joannes Jacobus Chircher, Germanus.
Abbas Joseph Grucius J. U. D. Clericus Tiburti-
nus.
Abbas Aeneas Tassius Bergomen.
Abbas Jo. Philippus Salviatus Florentinus.
Abbas Felix Nigronus Januensis.
Fulvius S. Mariæ in Cosmedin. Diaconus Card. Aftal-
lius Romanus.

Gaspar S. Georgii S. R. E. Diac. Card. de Cavaleris Romanus.
Franciscus Maria Sanctæ Mariæ in Dominica S. R. E. Diaconus Cardinalis Medices Florentinus.
Raynaldus Sanctæ Mariæ de Scala Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconus Cardinalis Estensis Mutinensis.

IV. SANCTISSIMI D. N. D. ALEXANDRI
Divinâ Providentiâ Papæ VIII.

Jubilæum Univerfale. Ad implorandum Divinum auxilium initio fui Pontificatus pro salutari Sanctæ Ecclesiæ Catholicæ regimine.

ALEXANDER PAPA VIII.

Univerfis Christi fidelibus præfentes Litteras inspecturis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Exorditur
à sua humi-
litate &
magnitu-
dine Curæ
Apostoli-
cæ.

Cœlestis Pater familias, cujus voluntas, potentia, & cujus opus misericordia est, quique olim dispensatione mirabili elegit David servum suum, & sustulit eum de gregibus ovium, ut pasceret Israel hereditatem suam, novissimè diebus istis se neminem sanè suorum spernere demonstravit, cum immensam in Nos bonitatem suam derivare dignatus, in humilitate Nostrâ memor fuit Nostrî, ac inscrutabili sapientiæ suæ arcano constituens Nos in caput Gentium, vicariam sui in terris potestatem solâ supernæ largitatis suæ dignatione, ac nullo meritorum suffragio Nobis commisit. Idcirco, quia non verecundæ, sed ingratae mentis indicium est beneficia tacere Divina, & satis dignum est à Sacrificio Dominicæ laudis obsequium consecrati Pontificis inchoare, hoc ipso assumptæ à Nobis Apostolicæ Servitutis initio libenter cum Propheta clamamus: Laudationem Domini loquatur os meum, & benedicat omnis caro nomen sanctum ejus; qui suscitavit de pulvere egenum, ut sedeat cum Principibus, & solium gloriæ teneat. Cæterum, non tam de honorare hilares, quam solliciti de periculo, in tantâ, ac tam difficili, quam jam delibare incepimus, Catholicæ Ecclesiæ procuratore, dum non minus virium Nostrarum infirmitatem, cujus Nobis probe conscii sumus, quam multiplices mentis Nostræ oculis overfantes Christianæ Reipublicæ calamitates seriò consideramus, sentimus profectò in dies suscepti oneris magnitudinem, ac quantum ad illud fortiter, constanter ferendum cœlestibus indigeamus auxiliis, agnoscimus.

Quamvis autem privatis Nostris sacrificiis, & precibus opem de Sancto supplices invocare non desistamus, ut de Sion tueatur Nos, omnem spem Nostram collocamus in eo, qui dedit velle, ut det etiam perficere pro bonâ voluntate; attamen memoriâ recolentes, tum maximè Apostolorum Principi, cujus locum immeriti tenemus, cœlesti præsidium adfuisse, cum oratio fiebat sine intermissione ab Ecclesiâ ad Deum pro eo, Pastoralis jure fidenter exigimus, & paterno insuper postulamus affectu, ut ad assiduas Nostras publicè Christi fidelium ubique Populorum, quibus Nos vicissim Apostolicam sollicitudinem impendere debemus, supplicationes addantur.

Potens est enim oratio Ecclesiæ deprecantis ad Dominum, qui benignus & misericors est, & propitiatur invocantibus eum in veritate. Junctis igitur, & concordibus precibus misericordiarum Patrem, & Deum totius consolationis exoremus, ut in mandatorum suorum viam unâ cum commissis ovis gratiâ suâ duce Nos dirigat, præsentibus Christiani Populi necessitatibus propitius adsit, flagella suæ iracundiæ, quæ pro peccatis Nostris meremur, clementer avertat, nec Nos quos elige-

re dignatus est ad dandam scientiam salutis plebi ejus, deferat in tempore malo, sed det Nobis virtutem, & fortitudinem in magnitudine brachii sui, ac illuminet corda Nostra ad cognoscendum, faciendumque, quod bonum est in oculis suis.

Adeamus mente contriti ad thronum gratiæ, dolentes per veram poenitentiam veniam petamus, infemus obsecrationibus nocte ac die, sanctificemus jejunia, eleemosynas in sinu pauperum abscondamus, aliisque pietatis operibus divinam Nobis misericordiam conciliemus, ac Domino corda Nostra præparemus.

§. 1. Hæc autem ut ferventiori studio uberius fructu fiant, antiquum Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum morem secuti Ecclesiæ thesauros, quorum dispensationem Nobis credidit Altissimus, aperire, & liberali manu erogare decrevimus. Itaque de Omnipotentis Dei misericordiâ, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, ex illâ ligandi, atque solvendi potestate, quam Nobis Dominus, licet indignis, contulit, universis, & singulis utriusque sexus Christi fidelibus in Almâ Urbe Nostrâ degentibus, qui solemnî processioni quam unâ feriis proximæ hebdomadæ, quæ erit secunda Adventus, ab Ecclesiâ Sanctæ Mariæ Anglorum in Thermis ad Basilicam ejusdem Sanctæ Mariæ Majoris nuncupatam de eadem Urbe unâ cum Venerabilibus Fratribus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, nec non Patriarchis, Archiepiscopis & Episcopis, quos in Romanâ Curia adesse contigerit, ac Christianorum Regum, & Principum Oratoribus apud Nos existentibus, Prælatibus quoque, & Officialibus ejusdem Curie, universoque Clero, & Populo, benedicente Domino, agemus, devotè interfuerint, vel Sancti Joannis in Laterano, Principis Apostolorum, & Sanctæ Mariæ Majoris Ecclesiæ, seu Basilicæ, vel earum aliquam intrâ spatium ejusdem, vel proximè subsequenti hebdomadæ saltem semel visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium devotè, ut supra, Deum oraverint, ac quartâ, & sextâ feriâ, ac Sabbato alterius ex præfatis hebdomadis jejunaverint, & peccata sua confessi, Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in Dominicâ die immediatè sequenti, vel alia die intra eandem hebdomadam reverenter sumpserint, ac pauperibus aliquam eleemosynam, prout unicuique suggeret devotio, erogaverint, cæteris verò extrâ Urbem prædictam ubicunque degentibus, qui Ecclesiæ ab Ordinariis locorum, vel eorum Vicariis, seu Officialibus, aut de eorum mandato, & ipsis deficientibus per eos, qui ibi curam animarum exercent, postquam ad eorum notitiam hæ Nostræ pervenerint, designandas, vel Ecclesiarum hujusmodi aliquam spatio duarum similiter hebdomadarum, à publicatione designationis, vel per Ordinarios, vel eorum Vicarios, seu Officiales, vel alios, ut præfertur, faciendæ decursuram, saltem semel visitaverint, ibique, ut supra, oraverint, ac quartâ & sextâ feriâ, ac Sabbato alterius ex hebdomadis hujusmodi jejunaverint, pariterque peccata sua confessi, ac in die Dominicâ immediatè sequenti, vel alia die intra eandem hebdomadam Sanctissimâ Communionem refecti fuerint, & pauperibus aliquam eleemosynam ut præmittitur, erogaverint, plenissimam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem, sicut in anno Jubilæi visitantibus certas Ecclesias intrâ, & extrâ Urbem prædictam concedi consuevit, tenore præsentium concedimus, & elargimur.

§. 2. Navigantes verò, & iter agentes, ut cum primùm ad sua sese domicilia receperint, suprascriptis peractis, & visitatâ Ecclesiâ Cathedrali, vel majori aut Parochiali loci eorum domicilii, eandem Indulgentiam consequi possint, & valeant: Regularibus autem personis utriusque sexus, etiam in claustris perpetuò degentibus, nec non aliis quibuscunque tam Laicis, quam Ecclesiasticis Secularibus, vel Regularibus, etiam in carcere,

Hortatur
ad preces,
jejunia &
Eleemosy-
nas.

Indicet
Jubilæum
universale
& præscri-
bit adim-
plenda in
Urbe.

Facienda
degenti-
bus extra
Urbem.

Privatis
suis preci-
bus publi-
cæ Eccle-
siæ suppli-
cationes
postulat
adjungi.

Quibus
exoranda
Divina mi-
sericordia.

Pro navi-
gantibus,
Regulari-
bus, capti-
vis, infir-
mis & im-
peditis.